Ambulabat et ipe dñs ihesus xps in carne. Erat deus: latebat in infirmitate. Et vnde nō est cognitus? Quia omia pctā arguebat in hominib?. Illi amādo delectatiōes peccatoꝝ nō agnoscebant deū. Amando quod febris suadebat: iniuriam medico faciebāt. Quid ergo nos tam nati sum? ex ipo? Sed qz in spe sum?. [Dilectissimi inqt: nunc filij dei sumus] Jam nūc? Quid est ergo qđ spectam?: si iam filij dei sumus? [Et nondū] inquit [manifestū est quod erim?] Quid autē erim? aliud qꝫ filij dei? Audi quid sequit. [Scim? qz cum apparuerit: similes ei erim?: qm̄ videbim? eum sicuti est] Intelligat charitas vestra. Magna res: Scim? qz cum apparuerit: similes ei erimus: qm̄ videbimus eum sicuti est. Jā illud attendite quid vocat est. Nostis quid vocatur est? Quid vocatur: nō solum vocatur: sed vere est: incōmutabilis est: semp manet: mutari nescit: nulla ex parte corrumpit: nec pficit qz perfectū est: nec deficit quia eternum est. Et quid est hoc: In principio erat verbum: et verbū erat apud deum et deus erat verbum? Et quid est hoc: Qui cum in forma dei esset: nō rapinam arbitrat? est esse se equalem deo? Hoc modo christus in forma dei verbum dei vnicū patri equalem patri: nō possunt videre mali. Scōm id vero quod verbū caro factum est: potuerunt et mali: qz in die iudicij videbunt et mali: qz sic veniet iudicatur? quomodo venit iudicandus. Jn ipsa forma homo: sed deus. Nam maledictus ois qui spem suā ponit in homine: Homo venit et vt iudicet. Et si nō videbit: quid est quod scriptum est: Videbūt in quē transfixerūt? De impijs em̄ dictum est: qz videbunt et confundent. Quomodo nō videbunt impij: quādo alios ponet ad dexterā: alios ad sinistrā? Ad sinistrā positis dicet: Jte in ignem eternū. Ad dexteram positis dicet: Venite benedicti patris mei percipite regnū. Videbunt: sed formā serui: Formā dei nō videbunt. Quare? Quia impij sunt. Et ipse domin? dicit: Beati mundo corde qm̄ ipsi deum videbunt. Ergo visuri sumus quandā visionē fratres: quā nec ocul? vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Visionem quandaz: visionem precellentem omnes pulchritudines terrenas: auri: argenti: nemoruz atq; campoꝝ: pulchritudinē maris et aeris pulchritudinē solis et lune: stellarū: angelorū: omnia superantē: qz ex ipso pulchra sunt omnia. Quid ergo nos erum? quando videbimus qđ nobis promissum est? Similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est. Quomodo potuit: lingua sonuit: cetera corde cogitētur. Quid em̄ et ipse iohannes dixit ad comparationem rei q̄ est: vel a nobis dici potest hominibus longe imparib? meritis ipsius? Rediam? ergo ad illā vnctionem: que intus docet: et loqui nō possumus. Et qz modo videre nō potestis: officium vestrum in desiderio sit. Tota vita christiani boni sanctum desiderium est. Quod autē desideras nondum vides: sed desiderando capax efficeris: vt cū venerit quod videas implearis. Sicuti em̄ si velles implere aliquē sinum: et nosti qꝫ magnū est quod dabit: extendis sinū vel sacci vel vtris vel alicui? rei. Nosti quantū mittur? es: et vides qz angustus est sinus: extendēdo facis capaciorem. Sic deus differēdo extendit desiderium: desiderando extendit animū: extendēdo facit capacez. Desiderem? ergo fratres: qz implendi sumus. Videte paulum extendentē sinū: vt possit capere quod venturum est: Air: Nō quia iam acceperim: aut iaz perfect? sim: Fratres ego me nō arbitroꝝ cōprehendisse. Quid ergo agis in hac vita si nondū apprehendisti? Unum autem: que retro oblitus: in ea que ante sunt extētus: fm intentionē sequoꝝ ad palmā superne vocationis. Extentū se dixit: et fm intētionez sequi se dixit: Minorē se sentiebat ad capiendū quod ocul? nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Hec est vita nostra: vt desiderando exerceamur. Tantū autē nos exercet sanctū desideriū: quantū desideria nostra amputauerim? ab amore seculi. Jam dixim? aliquādo ex inani: qđ implendū est: Bono implend? es: funde malū: Puta qz mel le te vult implere de?: si aceto plenus es: vbi mel pones? Fūdendum est quod portat vas: mundandū est ipsum vas. Mutandū est: et si cum labore cum tritura vt fiat aptum cuidā rei. Mel dicamus: aurū dicam?: vinū dicam?: quicqđ dicam? qđ dici nō potest: quicqđ volumus dicere: deus vocatur. Et quid diximus de?: quid dixim?: Due iste syllabe sunt totum qđ expectam?. Quicqđ ergo dicere valuim? infra est. Extēdamus nos in eū: vt cum venerit impleat. Similes ei erim?: qm̄ videbim? eum sicuti est. [Et omnis qui habet spem hāc in ipso est]. Videte qz in spe nos posuit. Videtis quēadmodū nos ꝯgruit apl'o paulo: coapostolo suo. Spe salui facti sumus. Spes aūt que videt nō est spes. Quod em̄ videt quis: quid sperat? Si em̄ quod nō videm? speramus: per patientiā expectamus: Ipsa patientia exercet desideriū. Manet tu Nam manet ille. Et pseuera in ambulando: vt peruenias: qz quo tēdis nō migrabit. Videte. [Et ois qui habet spem hāc in ipso: castificat semetipsuz: sicut et ipse castus est] Videte quēadmodū nō abstulit liberū arbitriū: vt diceret castificat semetipsum. Quis nos castificat nisi de?? Sed de? te nolentē nō castificat. Ergo qđ adungis voluntatē tuā: deo castificas teipsum. Castificas te: nō de te: sed de illo qui venit vt habitet in te. Tū qz agis ibi aliqđ volūtate: ideo tibi aliqđ tributū est. Ideo aūt tibi tributuz est: vt dicas sicut in psalmo: Adiutoꝝ me? esto ne derelinqs me. Si dic?: adiutoꝝ me? esto aliqđ agis: nā si nihil agis quō ille adiuuat? [Ois em̄ qꝫ facit peccatum: et iniquitatem facit.] Nemo enim dicat: Aliud est peccatuz: atqꝫ aliud iniquitas. Nemo dicat. Ego peccatoꝝ homo sum: sed iniquus nō sum. Omnis qui facit peccatū et iniquitatē facit. [Peccatū iniquitas est]. Quid ergo facimus de peccatis nostris et iniquitatib?? Audi qđ dicit. [Et scitis qz ille manifestatus est: vt pctm̄ auferat: et peccatuz in ipso nō est.] Jn quonō est pctm̄: ipse venit auferre pctm̄: nā si esset in illo pctm̄ auferēdū esset illi: nō ipse auferret [Ois qui in ipo manet non peccat: inquantum in ipo manet intātum nō peccat. [Ois qđ peccat nō vidit eū neqꝫ cognouit eū]. Nō est mirū. Nō eū vidim?: sz visuri sum?. Nō eū cognouim?: sz cogniturі sum?. Credim? in eū quē nō cognouim?? An forte ex fide cognouim? et specie nō cognouim?? Magna ē ista qstio Ois qđ peccat nō vidit eū: nec cognouit eū. Nōdū cognouim? sed in fide et videmus et cognoscimus. Si em̄ nondū videt fides: quare dicimur illuminati? Est illuminatio p fidē: est illuminatio p speciē. Modo cū peregrinamur: p fidē ambulamus: nondū p speciē. Ergo et iusticia nra p fidē est: et nō p speciem. Erit pfecta nra iusticia cū videbimus p speciem. Modo nō relinquamus eam iusticiā que est ex fide: qm̄ iustus ex fide viuit: sicut ait apl's. Omnis qui manet in ipo nō peccat. Nā ois qui peccat nō vidit eū: neqꝫ cognouit eū. Nō credidit iste qui peccat? Si aūt credidit quantū ad fidē ei? pertinet nō peccat. [Filioli nemo vos seducat. Qui facit iusticiam iustus est: sicut et ille iustus est]. Nunqđ qm̄ audim? quia iusti sumus: sicut equales nos debem? putare deo? Debetis scire quid est. Sicut. Jamdudū em̄ dixit. Castificat semetipsum: sicut ipse castus est. Jam ergo paret. Equalis est castitas nostra castitati dei: et iusticia nostra iusticie dei? Quis hoc dicat? Sed sicut nō semp equalitate dici soleт. Quomodo: vbi gratia. Ecclesia basilica ista ampla: si velit facere aliquis minorē: sed tamē ꝓportione ad mēsuras eius: vt verbi gratia: si lata est simplum: et longa duplum faciat: et ille latā simplum: et longam duplum: videtur sic feciſſe sicut est ista. Sed ista habet (verbi gratia) centū cubitos: illa triginta: et sicut est: et impar est. Videtis qz nō semp: sicut: ad paritatē et eqlitatē referr. Verbi gratia: Videte quantū sit inter faciē hois et imaginē de speculo. Facies in imagine: facies in corpe. Jmago in imitatione: corp? in veritate. Et qđ dicimus? Nā sicut hic oculi: ita et ibi. Sicut hic aures: ita et ibi. Dispar est res: sz sicut: ad similitudinē dicit. Habem? ergo et nos imaginē dei: sz nō illam quā hz fili? equalis patri: Tū et nos p modo nro: si nō sicut ille esset?: ex nulla parte similes diceremur. Ergo castificat nos sicut et ipse castus est. Sz ille cast? eternitate: nos casti fide. Justi sum? sicut et ipse iustus est. Sz ipse in ipa incōmutabili ppetuitate: nos iusti credendo in quē non videm?: vt aliqn videam?. Et cū perfecta fuerit iusticia nostra: cū facti equales angelis fuerimus: nec tūc illi equabimur. Quāto ergo modo ab illo ꝯge est: qm̄ nec tūc par erit? [Qui facit pctm̄ de diabolo ē: qz ab initio diabolus peccat. De diabolo ē. Nostis qđ dicat? Jmitādo diabolū: Nā neminē fecit diabol?: neminē genuit: neminē creauit Sz qcūqꝫ fuerit imitat? diabolus: qs̄i de illo nat? sit fili? diaboli imitādo nō ꝓprie nascendo. Quomodo es filius abrae? Nunquid abraaz te genuit? Quomodo iudei filij abrae? Nō imitātes fidem abrae facti sunt filij diaboli. De carne abrā nati sunt: et fidem abrae non sunt imitati. Si ergo qui inde

Joh. i. Phil. ij. Joh. xix. Mat. xxv. Mat. v. j. Cor. ij. Phil. iij. Psō. xxvj. E F Rom. viij Rom. j. ij. Cor. v.

nati sunt: exheredati sunt: quia non sunt imitati: tu qui nō de
illo natus es efficeris filius: et sic eris filius imitando. Et si
diabolum fueris imitatus: quia ille superbus extitit et impi
us aduersus deū: eris filius diaboli: diabolū imitando: non
G quia ipe creauit te aut genuit te. [In hoc manifestatus est fi
lius dei.] Ideo fratres: oēs peccatores ex diabolo nati sunt
inquantū peccatores. Adam a deo factus est: sed qñ cōsensit
diabolo: ex diabolo natus est. Et tales omnes genuit qualis
erat. Cum ipsa concupiscentia nati sumus. Et ante cōp nos de
vita nostra addamus: de illa damnatione nascimur. Nam si
cum illo pctō non nascimur: quid est q cum infantib⁹ ad ba
ptismū curritur vt soluant? Ergo duas natiuitates attendi
te fratres: adā et christū. Duo sunt hoīes: sed vnus ipsorum
homo homo: alter homo deus. Per hominē hominē pecca
tores sum⁹: p hoīem deus iustificamur. Natiuitas illa dete
cit ad mortē: ista natiuitas erexit ad vitā. Natiuitas illa tra
hit secū peccatū: natiuitas ista liberat a peccato. Ideo enim
venit xps homo: vt solueret pctā hominū. [In hoc manife
status est filius dei: vt soluat opera diaboli.] Cetera cōmen
do charitati vestre: ne vos grauē. Ipsa eñ questio est: ī qua
soluenda laboramus: quia peccatores nos dicimus. Si eñ
quis dixerit se esse sine pctō: mendax est. Et in ipius episto
la iohannis inuenimus. Si dixerimus q: peccatū non habe
mus: nosipos seducimus. Meminisse eñ debetis p̄ioꝝ. um.
Si dixerim⁹ q: peccatū non habemus: nosipos seducimus
et veritas in nobis non est. Et rursus in cōsequētibus audis
Qui natus est ex deo non peccat: q: q facit peccatū nō videt
eū: neq; cognouit eū. Omis q facit pctūm de diabolo est. Ex
deo nō est peccatū. Iterū terret nos: quō nati sumus ex deo
et quō nos fatemur pctores? An dicturi sumus: q: de deo na
ti nō sumus? Et quid faciunt ista sacramenta in infantibus?
Quid dixit iohannes. Qui natus est ex deo nō peccat. Ipse
iohannes iterū dixit. Si dixerimus q: pctm̄ non habemus:
nosmetipos seducimus: et veritas in nobis non est? Magna
questio et angusta. Et ad hanc soluendā vtinā intentā feceri
charitatem vestrā. In noīe dñi cras quod inde dederit dis
seremus.

Tractatus. v.

¶ Omnis qui natus est ex deo peccatum non fa
cit. Quoniā semē ipius in eo manet. Et non po
test peccare. Quoniā ex deo nat⁹ est. In hoc ma
nifesti sunt filij dei ⁊ filij diaboli. Omnis qui nō
est iustus: non est ex deo Et q non diligit fratrem
suū. Qm̄ hec est annūciatio quā audistis ab iicio
vt diligam⁹ alterutrū. Non sicut Cain q ex malig
no erat et occidit fratrē suum: et propter quid oc
cidit eum? Qm̄ opera eius maligna erant: fra
tris autez eius iusta. Nolite mirari frēs. Si odit
vos mundus. Nos scimus qm̄ translati sumus
de morte ad vitā. Qm̄ diligim⁹ fratres qui nō di
ligit manet in morte. Omis qui odit fratrē suum
homicida est: et scitis qm̄ omnis homicida nō ha
bet vitam eternā in se manentē. In hoc cognoui
mus charitatez dei. Qm̄ ille aiam suā p̄o nobis
posuit. Et nos debemus p̄o fratrib⁹ animas po
nere. Qui habuerit substantiā huius mundi ⁊ vi
derit fratrem suū necessitatem habere: et clauserit
viscera sua ab eo: quō charitas dei manet in eo?
Filioli mei. Non diligamus verbo neq; lingua.
Sed opere et veritate.

A Intente audite obsecro vos: q: res nō minima ver
satur in medio. Et nō dubito q hesterno die inten
ti affuistis: quod et hodie intenti⁹ cōuenistis. Est
enī non parua questio: quō dicat in ista epl'a. Qui
natus est ex deo non peccat. Et quō in eadē epistola superi⁹
dixit. Si dixerimus q: peccatū non habemus: nosipos sedu
cimus: et veritas in nobis nō est. Quid facturus est quē vter
q; sermo ex eadē epl'a in medio coartauit: Si se cōfessus fue
rit peccatorem: timet ne dicat illi. Non ergo ex deo nat⁹ es:
q: scriptū est. Qui natus est ex deo: nō peccat. Si aūt dixerit
se iustū: et non habere peccatū: accipit ex alia parte plagā ex
ipsa epistola. Si dixerimus q: peccatū nō habem⁹: nosipos
seducimus: et veritas in nobis non est. Positus ergo in me
dio q̄d dicat: et quid cōfiteat: aut quid pfiteat non inuenit.
Profiteri se eē sine pctō piculosū ē: ⁊ nō solū piculosū ꝫ zetiā
mēdosum. Nosipos inquit seducim⁹: ⁊ veritas in nobis nō
est. Si dixerimus quia peccatuz non habemus: sed vtinam
non haberes et diceres. Verū enī diceres. Nec ī veritate q̄
menda: vllū iniquitatis vel vestigiū formidares. Sed ideo
malefacis si dicis: q: mendaciū dicis. Veritas inquit in no
bis nō est: si dixerimus q: peccatum non habemus. Non ait
Non habuimus: ne forte de p̄terita vita dictum videretur
Habuit peccatū homo iste: sed ex quo natus est ex deo cepit
non habere. Si ita esset: nulla nos angustaret questio. Dice
remus enī. Fuimus peccatores: sed mō iustificati sum⁹. Ha
buimus peccatū: sed modo nō habemus. Non hoc ait. Sed
quid ait? Si dixerim⁹ quia peccatū nō habem⁹: nosipos se
ducimus: et veritas in nobis non est Post aliquantū rursus
Qui natus est ex deo inquit: non peccat. Nunq̄d iohēs ipse
non erat natus ex deo? Si iohānes nō erat natus ex deo: de
quo audist⁹: quia supra pectus dñi recubuit: aliquis sibi au- Joh. xiij.
det p̄mittere generationē factā ī se: quā ille habere nō me
ruit: q̄ supra pectus dñi recumbere meruit: quē dīs plus q̄
ceteros diligebat: ipz de spū nō genuerat? Attēdite nūc ver
ba ista. Adhuc angustias nostras cōmendo: vt per intentio
nē vestrā q̄ oratio est ⁊ p̄o nobis ⁊ p̄o vobis dilatet deus: et
det exitum ne aliquis in verbo eius inueniat occasionē per
ditionis sue. Quod verbū non est p̄dictū et conscriptū nisi
ad medicinā et salutē? Omis inquit q̄ facit peccatū ⁊ iniqui
tatē facit. Ne forte discernas: peccatū iniquitas est. Ne di
cas peccato: sum: sed iniquus nō sum: peccatū iniqtas ē. Et
scitis quia in hoc ille manifestatus est: vt peccata auferat: et
peccatū in illo non est. Et q̄d prodest nobis q: venit sine pec
cato? Omis q̄ non peccat in ipo manet. Et omis q̄ peccat nō
vidit eū neq; cognouit eū. Filioli nemo vos seducat. Qui fa
cit iusticiā iustus est: sicut et ille iustus est. Jam ista dixim⁹
q: fm quandā similitudinē nō fm equalitatē dici solet. Qui
facit peccatū de diabolo est: q: ab initio diabolus peccat. Et
hoc dixim⁹: quia nemīnē creauit diabolus neq; genuit: ꝫ
imitatores eius ex illo nascunt. In hoc manifestatus est filī
us dei: vt soluat opera diaboli. Ergo vt soluat pctā venit il
le q nō habet peccatū. Deinde sequit. [Omis q natus est ex
deo non facit peccatū: q: semen eius in ipo manet. Et nō po
test peccare q: ex deo natus est.] Fortiter instrinxit. Fortas- B
sis fm quoddam peccatū dixit: non peccat: nō fm oīe pec
catū. Ut quid ait. Qui natus est ex deo non peccat? Certum
quoddā peccatū intelligas: quod nō potest admittere homo
qui ex deo natus est. Et tale peccatuz est illud: vt si quisq̄ il
lud admiserit confirmet cetera: si quis aut̄ hoc non admise
rit: soluet cetera. Quod est hoc peccatū? Facere contra man
datū. Quod est mandatū? Mandatū nouū do vobis: vt vos Joan. xiij.
inuicē diligatis. Intendite. Hoc mādatū xpi dilectio voca
tur. Per hanc dilectionē peccata soluunt. Hec si nō teneat:
et graue peccatū ē: et radix oīm peccatorū. Intēdite fratres
p̄otulimus aliquid in quo bene intelligentibus soluta ē que
stio. Sed nunquid cū celeriorib⁹ tm̄ ambulamus viam? Et
q tardius ambulāt nō sunt relinquēdi. Videamus hoc quib⁹
possumus verbis: vt ad omēs perueniat. Puto enī fratres:
quia omis homo sollicitus est p̄o anima sua: qui nō sine cau
sa intrat ecclesiā: qui non tē pozalia querit in ecclesia: q̄ nō p̄
ptere a intrat vt trāsigat negocia secularia: sed ideo intrat vt
aliquid sibi eternū p̄omissum teneat quo perueniat. Neces
se est ergo cogitet quē admodū ambulet in via: ne remaneat:
ne retro eat: ne aberret: ne claudicando nō perueniat. Qui er
go sollicitus est: tardus non sit: velox sit: non recedat de via.
Hoc ergo dixi: quia qui natus est ex deo non peccat. Fortas
sis fm quoddam peccatū volut intelligi. Nam erit alia con
trariū illi loco. Si dixerimus q: peccatū non habemus: nos
ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Sic ergo forte
potest solui questio: Est quoddā peccatū quod nō potest ad
mittere ille qui natus est ex deo: et quo non admisso soluūtur
cetera: quo admisso confirmantur cetera. Quod est hoc pec-

catum? Facere cōtra mandatū christi: cōtra testamentū nouum. Qđ est mandatū nouū? Mandatuz nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis. Qui facit cōtra charitatē et cōtra dilectionē fraternā: nō audet gloriari ꝛ dicere natū se esse ex deo Qui autē in dilectione fraterna cōstitut? est: certa sunt pcā que nō potest admittere: et hoc maxime ne oderit fratrē. Et q̄d de ceteris peccatis facit: vnde dictū est. Si dixerim? q̄z pctm̄ nō habem?: nosipsos seducim?: et veritas in nobis nō
j. Pet.iiij est: Audiat securitatē de alio loco scpture. Charitas cooperit multitudinē peccatoꝝ. Charitatē ergo cōmendam?: charitatē cōmēdat hec epistola. Post resurrectionē dñs quid aliud interrogauit petrū. Amas me? Et parū fuit semel iterrogare: et iterū nihil aliud: ꝛ tertio nihil aliud. Cū iā tertio ille tedio afficeret: quasi nō sibi crediderit: quō qui nesciret quid in illo ageret: nū et primo / et secūdo / ꝛ tertio hoc iterrogauit. Ter negauit timor: ter cōfessus ē amor. Et ecce amat petrus dñm. Quid p̄statur? dño? Mō enī et ipse nō turba-
Pſa.cxv. tus est in ipso psalmo. Quid retribuā dño, p oībus q̄ retribuit mihi? Qui enī dicebat hec in psalmo: attendebat q̄sta sibi esse p̄stita a dño: et q̄rebat q̄d retribueret dño: ꝛ nō inuenebat. Quicq̄d enī retribuere volueris: ab ipso accepisti quod reddas. Et q̄d inuenit qō retribuat? Qō (vt dixim?) ffres) ab ipso acceperat: hoc inuenit qō retribueret. Calicē salutaris accipiā et nomen dñi inuocabo. Quis enī illi dederat calicē salutarē: nisi ille cui volebat retribuere? Accipere autez calicē salutarē: et inuocare nomen dñi: hoc est satiari charitate: et ita satiari vt nō solū non oderis fratrē: p̄fecta charitas est: sed vt parat? sis mori, p fratre. Hanc ipe dñs in se exhibuit: moꝛtu?, p oībus: oꝛans p eis a quib? crucifigebat: ꝛ
Lu.xxiij. dicens. Pater ignosce illis q: nesciūt quid faciūt. Sed si solus hoc fecit: nō erat magister: si discipulos nō habebat. Secun discipuli hoc fecerūt. Lapidabāt stephan? ꝛ genuflexo
Actuū. vij ait. Dñe ne statuas illis hoc delictū. Amabat a quibus occi
ij. Cor.xij. debat: q: et, p ipsis moriebat. Audis apl'm paulum. Et ipse (iquit) impēdar, p animab? vestris. Inter illos enī erat, p
C quib? stephan? deprecabat: q̄n eoꝝ manib? morieb̄at. Perfecta ergo charitas hec est. Si q̄s tātam habuerit charitatē vt parat? sit, p fratrib? etiā mori: p̄fecta est in illo charitas.
Sed nūquid moꝛ vt nascīt tā, p̄sus p̄fecta est? Vt p̄ficiatur nascīt: cū fuerit nata nutrit: cū fuerit nutrita roboraſ: cū fue
Phil.j. rit roborata p̄ficit. Cū ad p̄fectionē venerit: q̄d dicit? Mihi viuere xp̄s est: et moꝛi lucrū. Optabā dissolui et esse cū xp̄o: multo magis optimū: manere in carne necessarium p̄opter vos. P̄opter eos volebat viuere, p quib? parat? erat moꝛi
Joh.xxj. Et vt noueritis q: ipsa est perfecta charitas: quā nō violat et in qua nō peccat q̄ nat? ē ex deo: hoc dñs dicit petro. Petre amas me? Et ille. Amo. Mō dixit: si amas me: obsequere mihi. Qñ enī erat dñs in carne moꝛtali: esuriuit: sitiuit. Eo tēpoꝛe quo esuriebat et sitiebat susceptus est hospitio: ministrarūt illi q̄ habuerūt de substātia sua. Sicut legim? in euā-
Luce.xix. gelio. Suscepit eū zacheus: salu? fact? est a moꝛbo suscepto medico. Quo moꝛbo? Auaricie. Erat enī ditissimus et p̄nceps publicanoꝝ. Attendite sanatū a moꝛbo auaricie. Dimidiū (inq̄t) bonoꝝ meoꝝ do pauperib? : etsi cui aliquid tuli quadruplū reddā. Ideo seruauit alte ex dimidiū: nō quo frueret: sed vnde debita solueret. Suscepit ergo tūc medicū hospitio: q: erat infirmitas carnis in dño: cui hoc obsequiū p̄beret hoies. Et hoc: q: voluit p̄stare obsequētib?. Ob-
iij. Regū xvij. sequētib? enī, p̄derat: nō illi. Cui enī angeli ministrabāt horum obsequiū requireret? Mec helias seru? illi? hoc necessarium habebat aliq̄n: cui panē et carnem per coꝛuū mittebat: ꝛ tū vt vidua religiosa benedicere?: mittit? seru? dei. Pascitur a vidua quē deus in secreto pascebat. Verūtamen quāq̄ de his seru? dei sibi p̄stent: qui eoꝝ indigentiā cōsideret: p̄opter illā mercedē a dño in euāgelio positam manifestissime. Qui suscipit iustū in nomie iust?: mercedē iusti accipiet
Mat.x. Qui suscipit, p̄phetā in noie, p̄phete: mercedē p̄ophete accipiet. Et q̄ dederit calicē aque frigide vni ex his minimis tantū in noie discipuli: amen dico vobis nō p̄det mercedē suā. Quis ergo sibi p̄stent qui hec faciūt: nū nec hoc poterat p̄beri ascēsuro in celū. Quid illi poterat retribuere petr? qui amabat illū? Audi. Pasce oues meas: ideſt fac, p fratribus q̄ p̄o te feci. Oñes sanguine meo redemi: nolite dubitare moꝛi, p veritatis p̄fessione: vt ceteri vos imitētur. Sed hec (vt dixim?) fratres p̄fecta charitas est: qui natus est ex deo habet illā. Intendat charitas vestra. Videte q̄d dicam D
Ecce accipit sacramentū natiuitatis homo. Baptizatus sacramentū habet: et magnū sacramentū: diuinū: sanctū: ineffabile. Cōsidera quale: vt nouū hoīem faciat: dimissionem oīm peccatoꝝ. Attendat tū in coꝛ: si p̄fectū est ibi quod factum est in coꝛpoꝛe. Videat si habeat charitatē: et tūc dicat: natus sum ex deo. Si autē nō habet: characterē quidē ip̄sum habet: sed deseꝛtoꝛ vagaſ. Habeat charitatē: aliter non se dicat natū ex deo. Sed habeo (inq̄t) sacramentum. Audi
j. Cor.xiij. apl'm. Si sciam oīa sacramēta: et habeā oēm fidē ita vt mōtes transferā: charitatē autē nō habeā: nihil sum. Hoc si me ministris cōmēdauim?: cū istā epl'am inciperem?: nihil in ea nobis sic cōmendari: quomodo charitatē. Et si videt alia ꝛ alia dicere: illo facit reditū: et ad ipam charitatē oīa vult referre quecūq̄ dixerit. Videam? si et hic hoc facit. Attēdite. Oīs q̄ natus est ex deo: nō facit pctm̄. Querim? qō peccatū: q: si oīe intelleꝛeris: cōtrarius eris illi loco. Si dixerimus q: pctm̄ non habem?: nosmetipsos seducim? et veritas in nobis non est. Ergo dicat qō peccatū: doceat nos: ne forte ego temere dixi pctm̄ hoc esse violationem charitatis Q: sicut sup̄a dixit. Qui odit fratrē suū in tenebris est: ꝛ in tenebris ambulat: et nescit quo eat: q: tenebꝛe exceceauerūt oculos eius. Sed forte aliq̄d dixit in posteꝛioꝝ? et non nomunauit charitatē: videte q: circuitus ille verboꝝ hunc habet finē: hūc habet exitū. [Oīs q̄ natus est ex deo: nō peccat: q: semen ei? in ipso manet] Semen dei. i. verbū dei. Vñ dicit apl's. Per euāgeliū ego vos genui. [Et nō potest pec
j. Cor. iiij. care: q: ex deo natus est.] Dic adhuc. Videamus in quo nō potest peccare. [In hoc manifestati sunt filij dei et filij diaboli. Oīs qui nō est iust?: non est a deo: et qui nō diligit fratrem suū] Certe iā manifestū est vnde dicat. Et qui nō diligit fratrem suū. Dilectio ergo sola discernit inter filios dei et filios diaboli. Signent se oēs signo crucis christi. Respōdeant oēs. Amen. Cātent oīes alleluia. Baptizētur oīes. Intrent oēs ecclesias. Faciāt parietes basilicaꝝ. Mō discernūtur filij dei a filijs diaboli nisi in charitate. Qui habent charitatē: nati sunt ex deo: qui nō: non sunt nati ex deo. Magnum iudiciū: magna discretio. Quicq̄d vis habe: hoc solū nō habeas: nihil tibi, p̄dest. Alia si non habeas: hoc habe et implesti legē. Qui enī diligit alterū: legē impleuit: ait apl's.
Et plenitudo legis charitas. Puto istā margaritā esse illā. Rom.xiij.
Homo negociatoꝝ: describit in euangelio: qui inuenit vnā Mat. xiij.
margaritam: et vēdidit oīa q̄ habebat et emit eā. Hec est margarita p̄ciosa charitas: sine qua nihil tibi, p̄dest quodcūq̄ habueris. Quā si solā habeas: sufficiat tibi. Modo cū fide vides: tūc cū specie videbis. Si enī amam? cū nō videmus: quō amplectemur cū viderim?: Sed vbi nos debem? exercere? In amoꝛe fraterno. Potes mihi dicere. Mō vidi deū. Nūquid potes mihi dicere nō vidi hoīem? Dilige fratrem. Si enī fratrē quē vides dilexeris: simul videbis ꝛ deum: quia vides ipam charitatē: et intus inhabitat de?. Qui nō est iust?: nō est ex deo: et qui nō diligit fratrē suū. [Quia hec est annūciatio] Vide quō cōfirmat. [Quia hec est annūciatio quā audiuim? ab initio vt diligam? inuicē.] Manifestauit nobis inde se dicere. Cōtra hoc mandatū q̄squis facit E
in peccato illo est scelerato: in qō incidūt qui nō nascūtur ex deo. [Mō sicut chain: q̄ ex maligno erat occidit fratrē suum. Gen. iiij.
Et cuius rei gratia occidit? Q: opera ei? maligna fuerunt: fratris vero eius iusta.] Ergo vbi est inuidia: amoꝛ fraternus esse nō potest. Intendat charitas vestra. Qui inuidet nō amat. Peccatū diaboli est in illo: q: ꝛ diabol? inuidēdo delecit. Cecidit enī: et inuidit stanti. Non ideo voluit deiycere vt ipse staret: sed ne sol? caderet. Tenete in animo ex hoc qō subieci. Inuidiam nō posse esse in charitate. Habes aperte cū laudaret ipsa charitas. Charitas nō emulatur. Non fuit j. Cor.xiij.
charitas in chain. Et nisi esset charitas in abel: non acciperet deus sacrificiū ei?. Cū enim ambo obtulissent: ille de fructib? terre: ille de fetibus ouiū. Quid putatis fratres: q: deus fructus terre neglexit: et fetus ouiū dilexit? Mō intendit deus ad munus: sed in coꝛde vidit. Et quē vidit cū charitate offerre: ipsius sacrificiū respexit. Quē vidit cū inuidia offerre: ab ipsius sacrificio oculos auertit. Opera ergo bona abel: nō dicit nisi charitatē. Opera vero mala chain: nō dicit

nisi odiū fraternū. Parū est: qz odit fratrē suū z inuidit operibus bonis: qz imitari noluit: necare voluit. Et hinc apparuit qz filius erat diaboli. Et ille hinc apparuit iustus dei. Hinc ergo discernūtur hoīes fratres mei. Nemo attendat linguas: sed facta. Loz si nō bene faciat p fratrib⁹ suis: ostēdit quid in se habeat. Tēptationib⁹ pbātur hoīes. [Nolite mirari fratres si mūdus vos odit.] Nunqd sepe vobis dicē dum est qd est mūdus? Non celū: non terra: nec ista opera q deus fecit: sed dilectores mūdi. Ista sepe dicendo qbusdam onerosus sum. Sed vsqdadeo nō frustra dico: vt aliqui interrogētur an dixerim: et nō respōdeant. Ergo vel inculcando hereat aliqd in cordib⁹ audientiū: Quid est mūdus? Mundus est: qñ in malo ponitur: dilectores mūdi. Mūdus: qñ in laude ponit: celuz et terra est: et que in his opera dei. Unde
Joh.j. dicit. Et mundus per eū fact⁹ est. Item mūdus plenitudo terre: sicut dixit ipse Johānes. Non solū autē nostroz ppitiatio peccatoz est: sed z totius mūdi. Mūdi dicit: oīm fidelium per orbē sparsoz. Mūdus autē in malo: amatores mūdi sunt. Qui amant mundum: fratres amare nō possunt. Si odit nos mūdus. [Nos scim⁹.] Quid nos scim⁹? [Qz trāsiuimus de morte ad vitā.] Unde scitis? [Quia diligim⁹ fratres.] Nemo interroget hoīem. Redeat vnusqsq ad cor suū si ibi inuenerit charitatē fraternā: secur⁹ sit: qz transijt a morte ad vitā. Jā in vertera est. Nō attēdat qz modo gloria ei⁹ occulta est: cū venerit dñs tūc apparebit gloria. Uiget enz sed adhuc in hyeme. Uiget radix: sed quasi aridi sunt rami. Intus est medulla q viget: intus sunt folia arborū: intus fructus: sed estatē expectant. Ergo nos scim⁹ qz transiuim⁹ de morte ad vitā: qz diligim⁹ fratres. [Qui nō diligit manet in morte.] Ne putet⁹ fratres leue esse odisse. Odisse: an diligere. Audi quid sequit. [Oīs q odit fratrē suū: homicida est.]
F Jam ergo si cōtemnebat quisqs odiū fraternū: nūquid et homicidiū in corde suo cōtempturus est? Non mouit manū ad occidēdum hoīem: homicida tam tenet a dño. Uiuit ille: et iste iā interfector iudicat. Oīs qui odit fratrē suū homicida est. [Et scitis quia oīs homicida nō habet vitā eternā in semetipso manentē. In hoc cognoscim⁹ dilectionē.] Perfectionē dilectionis dicit perfectionē illā quā cōmendauim⁹ In hoc cognoscim⁹ dilectionē: [quia ille p nobis aiam suā posuit: z nos debem⁹ aiam p fratribus ponere.] Ecce vnde
Joh.xxj. veniebat. Petre amas me. Pasce oues meas. Nā (vt noueritis fratres) qz sic ab eo pasci volebat oues suas: vt animā suā p ouib⁹ poneret: hoc illi ꝓtinuo dixit. Cū iuuenis esses precingebas te: z ibas quo volebas: cū autez fueris senior: alius te ꝓcinget: et tollet te quo tu nō vis. Hoc aūt dixit: ait euāgelista: significās qua morte clarificatur⁹ esset deū. Et cui dixerat. Pasce oues meas: doceret eū ponere aiam ꝓ ouib⁹ suis. Unde incipit charitas fratres? Modicū attēdite quo perficiat. Audistis ipm finē et modū. Ipsum et dñs
Joh.xv. in euāgelio cōmendauit. Maiorē charitatē nemo habet ait: qz vt animā suā ponat qs p amicis suis. Perfectionē ergo eius ostēdit in euāgelio: et hic cōmendata est eius pfectio. Sed interrogatis vos: et dicitis nobis. Qñ possum habere istam charitatē? Noli cito de te desperare: forte nata est: sed nondū pfecta est: nutri eā ne offocet. Sed dicturus es mihi. Et vnde nouit? Quod enī perficiat audiuim⁹? vnde incipiat audiamus. Sequit et dicit. [Qui autē habuerit facultates mūdi et viderit fratrē suū esurientem et clauserit viscera sua ab eo: quomodo poterit dilectio dei manere in eo?] Ecce vnde incipit charitas. Si nondū es idoneus mori p fratre: iam idoneus es esto dare de tuis facultatib⁹ fratri. Jā pcutiat viscera tua charitas: vt nō de iactantia facias: sed de intimo adipe misericordie: vt cōsideres illū in egestate positū. Si enīz supflua nō potes dare fratri tuo: aiam tuā potes dare p fratre? Jacet pecunia in sinu tuo: quā tibi fures possunt auferre. Et si illā nō auferēt fures: moriendo illam deseres: etiā si te illa viuētem nō deserat. Quid unde factur⁹ es? Esurit frater tuus: in necessitate positus est: forta[ssis] suspendit: a creditore angustat. Non habet ipse: habes tu: frater est: simul empti estis: vnū est precium vestrū: ambo sanguine xpi redēpti estis. Uide si misereris: si habes facultates mūdi. Quid ad me pertinet: forte dicis? Ego daturus sum pecuniā meā ne ille molestiā patiat? Si hoc tibi respōderit cor tuū: dilectio patris nō in te manet. Si dilectio patris nō in te manet: non es natus ex deo: quomodo te gloriaris esse christianū? Nomen habes et factū nō habes. Si autē nomen secutū fuerit opus: dicat te quisqz paganū: tu factis ostēde christianū. Nam si factis nō ostendis christianū: oēs te christianū vocent: qd tibi, pdest nomē vbi res nō inuenit? Qui aūt habuerit facultates mūdi: et viderit fratrē suū egentē: et clauserit viscera sua ab eo: quomodo potest dilectio dei manere i eo? Et sequit. [Filioli nō diligam⁹ verbo tantum et lingua: sed opere et veritate.] Puto manifestū esse vobis magnū et necessariū secretū et sacramentū: fratres mei. Quid valet charitas? Dis scriptura cōmēdat. Sed nescio si alicubi amplius qz in ista epistola cōmendat. Rogam⁹ vos z obsecramus in dño: vt et illa que audistis: mgnoīa teneatis: et ad ea q̄dicenda sunt donec finiat ipsa epistola: intenti veniatis: intenti audiatis. Aperite autē corda ad semina bona. Extirpate spinas ne offocetur in vobis qd seminat: sed potius crescat seges: et gaudeat agricola: et horreū vobis ꝓparet tanqz frumentis: non ignem tanqz paleis.

Tractatus. vj.

¶ In hoc cognoscim⁹ qñ ex veritate sum⁹: et in cōspectu ei⁹ suadebim⁹ corda nostra. Qñ si reprehēderit nos cor nostrū. Maior est de⁹ cor deno. Et nouit oīa. Charissimi. Si cor nr̄m nō reprehēderit nos: fiduciā habem⁹ ad deū. Et quicqd petierim⁹ accipiem⁹ ab eo. Qm mādata eius custodim⁹: et ea q̄ sūt placita cora eo facim⁹. Et hoc est mandatū ei⁹ vt credam⁹ in nomie filij ei⁹ ieſu xpi. Et diligam⁹ alterutrū sicut dedit mādatum nobis. Et q̄ seruat mādata ei⁹ in illo manet: z ipse in eo: et in hoc scimus. Qm manet in nobis de spiritu quē dedit nobis. Charissimi. Nolite oīni spiritui credere sed ꝓbate spūs si ex deo sint qm multi pseudo ꝓphete exierūt in mundū. In hoc cognoscit spūs dei. Dis spūs q cōfitetur ieſum xpm in carne venisse ex deo est. Et oīs spūs q̄ soluit ieſum ex deo nō est. Et hic est antichristus: de quo audistis qm venit. Et nūciam in mūdo est.

A Si meministis fratres: hesterno nos clausisse sermonem ad istā sententiā q̄ sine dubio manere debuit et debet in corde vestro: qz ipam nouissimā audistis. Filioli nō diligam⁹ verbo tantū z lingua: sed opere z veritate. Deinde sequit. [Et in hoc cognoscim⁹ qz ex veritate sum⁹ z cora ipso psuadem⁹ cordi nostro: qz si male senserit cor nostrū: maior est de⁹ corde nostro: z nouit oīa.] Dixerat. Nō diligam⁹ verbo tm̄ et lingua: sed opere z veritate. Querit a nobis: in quo opere et in qua vitate agnoscit qui diligit deū vel qui diligit fratrē suū. Jā superi⁹ dixerat quousqz charitas pficiat: qñ et dñs in euāgelio ait. Maiorē Joh.xv. hac nemo habet charitatē: qm vt aiam suam ponat p amicis suis. Et iste hoc dixerat. Sicut ille aiam suā p nobis posuit debem⁹ et nos aiam p fratrib⁹ ponere. Hec est pfectio charitatis: et maior oīno nō poterit inueniri. Sed qz nō in oībus pfecta est: z desperare nō debet et in q̄ pfecta nō est si ita nata est qua pficiat: et vtiqz si nata est nutrieda est et qbusdā suis nutrimētis ad pfectionē ꝓpriā, pducenda. Quesiuim⁹ inchoationē charitatis vnde incipiat: z ibi cōtinuo inuenimus. Si qs habet facultatē mūdi: et viderit fratrē suū egentem z clauserit viscera sua aduersus eū: quō dilectio patris manet in eo? Ergo incipit ista charitas fratres: vt de suis superfluis tribuat egenti in angustijs alicui⁹ cōstituto. Ex eo qñ sibi abūdat fm tēpus a tribulatione tēporali liberet fratrem. Hinc exordiū est charitatis. Hāc ita ceptā si nūtrieris deo et spe future vite nutrieris: pueries ad illā pfectionē: vt paratus sis aiam tuā ponere p fratrib⁹ tuis. Sed qz multa talia fiūt ab his q̄ alia querūt: q̄ fratres nō amant: reuocemur ad testimoniū cōsciētie. Si ꝓbam⁹ quia talia multa fiūt ab his q̄ fratres nō amāt? Nē multi se in hereslib⁹ z scismatib⁹ martyres dicūt? Uidenk sibi aiam ponere p fratribus suis. Si, p fratrib⁹ aiam ponerēt: nō se ab vniuersa fraternitate

separarēt. Item q̄ multi sūt q̄ iactātie causa multa tribuūt: multa vonāt: ⁊ nō ibi q̄rūt nisi laudē humanā et gloriā populare: plenā vētis: nulla stabilitate solidatā. Qz q̄ sunt tales: vbi ꝓbāda erit charitas fraterna? Qz voluit illā ꝓbari: ⁊ ait admonēs. Filioli nō diligam⁹ verbo tātū et lingua: sed opere et veritate. Querim⁹ in quo opere: in q̄ vitate? Potest eē manifesti⁹ opus q̄ tribuere pauperib⁹? Multi h̄ iactātia faciūt: nō dilectione. Potest esse mai⁹ opus q̄ mori ꝓ fratribus? Et h̄ multi volūt putari facere iactātia noīs ꝓparādi: nō viscerib⁹ dilectionis. Restat vt ille diligat fratrē: qui aī ꝓ eū vbi solus videt cordi suo psuadet: et interrogat cor suuz an vere ꝓpter fratrū dilectionē h̄ faciat: ⁊ phibet illi testimoniū oculi q̄ penetrat cor: quo hō attēdere nō pōt. Ideo paulus apl's: qz parat⁹ erat mori ꝓ fratrib⁹ dicebat. Ipse impē
ij.Cor.xij. dar ꝓ aīab⁹ vestris. Tū qz de⁹ videbat in corde ipsi⁹: nō ho
j.Cor.iiij. mines q̄b⁹ loquebat: ait illis. Mihi aūt minimū est: vt a vobis iudicer / aut ab humano die. Et oñdit etiā ipse quodā loco qz solēt ista fieri inani iactātia: nō firmamēto charitatis.
j.Cor.xiij. Ait enī cū de ipsi⁹ charitatis cōmēdatione loquerē. Si distribuero oīa mea pauperib⁹: et tradidero corpus meū vt ardeā: charitatē aūt nō habeā: nihil mihi ꝓdest. Potest enī quisq̄ hoc facere sine charitate? Potest. Mā qui nō habent charitatē diuiserūt vnitatē. Querite ibi ⁊ videbitis multos multa tribuere pauperib⁹. Videbit⁹ alios paratos ad susciendā mortē: ita vt desistente psecutore: seipsos ꝑcipitent. Isti sine dubio / sine charitate hoc faciūt. Reuocemur ḡ ad
ij.Cor.j. cōsciētiā: de q̄ dicit apl's. Mā gloria nr̄a hec est: testimoniū cōsciētie nostre. Reuocemur ad cōsciētiā: de qua item dicit.
Gal.vj. Opus autē suū, ꝓbet vnusq̄sq; et tūc in semetipso tm̄ gloriā habebit: ⁊ nō in altero. Opus ḡ suū, ꝓbet vnusquisq̄ nostrū: vtrū de vena charitat⁹ emaneat: vtrū de radice dilectionis rami bonoꝝ operū pullulēt. Opus aūt suū, ꝓbet vnusquisq̄: ait: ⁊ tūc in semetipso gloriā habebit: ⁊ nō in altero. Non q̄ illi phibet testimoniū lingua aliena: sed q̄ phibet cōsciētia
B ꝓpria. Hoc ḡ hic cōmēdat. In hoc cognoscim⁹ qz ex vitate sum⁹: q̄ opere ⁊ veritate: nō vbis nec lingua diligim⁹. Et
Mat.vj. cor ipso psuadem⁹ cordi nr̄o. Quid est cor ipso? Vbi ipse videt. Q̄ ipse dix̄i euāgelio. Cauete (inq̄t) facere iustitiā vestrā coram hoibus vt videamini ab eis. Alioq̄n mercedē nō habebitis apud patrē vestrū q̄ in celis est. Et q̄d est. Nesciat sinistra tua q̄d faciat dextera tua: nisi q̄ dextera tua pura cōsciētia est: sinistra mūdi cupiditas? Multi p cupiditatem mūdi multa mira faciūt: sinistra opat⁹ non dextera. Dextera debet operari: ⁊ nesciēte sinistra: vt nec misceat se cupiditas seculi: q̄ aliq̄d boni de dilectione operamur. Et vbi hoc cognoscim⁹? Aī deū es: interroga cor tuū: vide q̄d feciſti: ⁊ q̄d ibi appetiſti: salutē tuā an laudē humanā vētosam. Int⁹ vide. Mā hō iudicare nō potest: quē videre nō pōt. Si psuademus cordi nr̄o: coram illo psuadeamus. Qz si male sentiat cor nostrū. i. accusat nos itus: q̄ nō eo aīo facim⁹ quo faciendū sit. Maior est de⁹ cor de nr̄o: ⁊ nouit oīa. Cor tuū absconditis ab hoīe: a deo abscōde si potes. Quō abscōdis ab eo cui dic-
Psalm. ctum est a pctōre quodā timēte ⁊ cōfitēte. Quo ibo a spū tuo:
cxxxviij. et a facie tua quo fugiā? Querebat q̄ fugeret et euaderet iudiciū dei: ⁊ nō inueniebat. Vbi enī nō est de⁹? Si ascēdero (inquit) in celū ibi es: si descēdero ad infernū ades. Quo itur⁹ est? Quo fugiet? Vis audire cōsiliū: si vis ab illo fugere: ad
Pā.cxxj. ipm fuge. Ad ipm fuge cōfitēdo: nō ab ipso latendo. Latere enī nō potes: sz cōfiteri potes. Dic illi. Refugiuz meū tu es. Et nutriat⁹ in te dilectio q̄ sola ꝓducit ad vitā: phibeat tibi testimoniū cōsciētia tua: q̄ ex deo est. Si ex deo est: noli illā velle ante hoīes ponere: q̄ nec laudes hoim te leuāt in celū: nec vituperationes inde te deponūt. Ille videat q̄ coronat: ille sit testis q̄ videte coronaris. Maior est de⁹ cor de tuo: ⁊ nouit oīa. [Dilectissimi ⁊ si cor male nō senserit: fiduciā habem⁹ ad deū.] Quid est: cor nō male senserit? Verū nob⁹ rīderit q̄ diligim⁹: et germana dilectio est in nobis: nō ficta: sed sincera: salutē fraternā quer ēs: nullū emolumentū expectās a fratre: nisi salutē ipsi⁹. [Fiduciā habem⁹ ad deū: ⁊ quicq̄d postulauerim⁹ accipiem⁹ ab eo: q̄ mandata eius seruam⁹.] Ideo nō in cōspectu hoim: sed vbi ipse de⁹ videt in corde. Fiduciā ergo habem⁹ ad deū: et quicq̄d postulauerim⁹ ab eo accipiem⁹. Sed qui? Qui mādata ei⁹ seruam⁹. Que sunt
Joh.xiij. mādata ei⁹? Rūq̄d semp repetendū est? Mandatū nouū do vobis: vt vos inuicē diligat⁹. Ipam charitatē loquit: ipam ꝑmendat. Quisq̄s ḡ habuerit charitatē fraternā: ⁊ coram deo habuerit: vbi de⁹ videt: cor q̄ ei⁹ interrogatū sub iusto examine: nō ei aliud resp̄derit: q̄ germanā ibi esse radicē charitatis vnde boni fruct⁹ existant: habet fiduciā apud deū: et quicq̄d postulauerit ab eo accipiet: qz mādata ei⁹ seruat. In currit q̄stio quedā: q̄ non ille aut ille homo: aut tu aut ego: q̄ si petiero aliquid a dño deo nr̄o: ⁊ nō accepero: facile de me potest dicere vnusq̄sq;. Non habet charitatē: et de quolibet hoie hui⁹ tpis facile dici potest. Et sentiat quis q̄ vult hō de hoie: maiorē questionē nō faciūt: nisi illi viri quos sctōs cōstat fuisse cūscriberēt: et modo esse cum deo. Quis habet charitatē si eā Paulus nō habebat q̄ dicebat. O nostrū pa ij.Cor.vj.
tet ad vos: o cor inthij: cor nostrū dilatatū est. Nō angustamini in nobis. Qui dicebat. Impendar ꝓ aīabus vestris. Et ij.Cor.xij.
